

ciam, M. Crassus bello Parthico, ne ma-  
 num cum hoste consereret, quantis &  
 quàm claris & prodigiis reuocatus est:  
 Moturus aciem, cum paludamentum po-  
 sceret, quo bellorum duces candido aut  
 purpureo vti consueuerunt, pullum ei  
 allatum est. Non puto suspicemini, per  
 anum illum sensum erroris habuisse, nō-  
 dum eò vestrarum Religionum processit  
 insania, neque enim nigrescere diceretis  
 sed pallefcere: Verum quod in tali re vsu  
 euenit, trepidatio ministri paludamenta  
 permiscuit: An hoc ipsum prodigium  
 nuncupatis? detur sanè (quando error ho-  
 minum sic habet) etiam illustrium no-  
 men hoc vocari: sed nunquam tãtam ha-  
 bet vim, vt alioquin iuste susceptum bel-  
 lum, vel deserere cogeret, vel differre:  
 Quid quod aquilarum altera vix à primi-  
 pilo cōuelli potuit, altera egerrimè con-  
 nulsã, in contrariam partem seipsam con-  
 uertit? Nihil hic mirabile (ne dicam stu-  
 pendum) præter stuporem hominum do-  
 ctorum, tã manifestè delirantium. E-  
 nimuerò mœstum inter milites silentium  
 fuit, quos antiquo more lætos exultan-  
 tesque conuenire, Ducemq; & signa cir-  
 cupstere dicebat. Mouistis animum, fa-

teor,